



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

4. De stylo frigido.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Canaso laniarum exprimeret, & hanc deinde tabulam in Mineræ templo consecrasse.

Spiridionis  
cacozelia  
in signis  
Senec. in  
Parrhasis  
aontrono.

Spiridion, cum præstantissimi illius artificis manu, & exquisitissimæ tabellæ decus verbis commendaret, eod usque profectus est, ut diceret, ad hanc Parrhasij tabulam, cum esset in Parthenone posita, vultures vndique laniatum, cadauer ratos, frequentes aduolasse, quæ oratio, vt frigida, & *καυοφιδίας* nota per insignis, ab omnibus, qui aderant, declamatoribus est excepta. Qui hæc enim poterat, vt vultures in celeberrimum istud Atheniense forum, cum esset vndique reatum, & clausum, aduolarent nisi forte putauit, vultures, templa in luce vrbium posita, non secus, ac passeret, & hirundines frequentate, atque in ea sese aliquando per foramina penetrare.

Quam multa similia quotidie admittuntur à pueris, qui cum aliquid legunt, aut audiuerint, statim in imitationem trahunt, id minime ponderantes, an res, quæ comparantur, similibus inter se adiunctis congruant. Ex quo fit, vt ab imitatione, qui plurimum iuuat, eorum formæ que deberent, iudicij, & mentis penuria sæpissime deriuent errorem.

De Stylo Frigido.

CAPVT IIII.

Demetr.  
Phaler.  
in ep. Ermen.

Frigidum quoque sæpe cum ipso cacozelo misceri, rectis est, vel hic Demetrii Phalerei locus.

Πολλάκις μὲν γὰρ τὸ μὲν διαόχημα αὐτὸ φυχρόντι ἔστι, ὡς τὸν ὀνομαζόμενον κακὸν ἄλογον. sæpe item frigidus est sensus, quem nunc cacozelum nominamus. Et Aristoteles in sua verba vocat *ψυχρὸν*. Longinus vero postquam de tumido, & puerili distertit, addit

Quid pro  
prie frigidum.

Θατέ, ἢ ὡς εἰ ποικίλον, λέγει δὲ τὸ ψυχρὸν πᾶσις ὁ τίμα. Si tamen disquisitiis enucleare velimus, inueniemus frigidum, quod ab ipso Cassio annotatum est, esse magis circa nouos, hospites, & peregrinos sensus, quam circa tumorem verborum: frigidum autem appellatur, non quod languidum sit, & remissum ( nihil enim ferme istis ingenijs, quæ hanc dicendi *ἡγεμονίαν* affectant, callidius) sed quod perniciosum quodlibet, & nocens temperaturæ, vt annotat Seruius ad Bucolica Virgilij, vocetur frigidum. Ita pari iure, quod

γοργίου  
μικροπιδίου  
ἰναοφύτου  
Dion. Hal.  
in ep. ad  
Pompe. Fri-  
gori styli ab

styli optimam temperiem corrumpit, τὸ ψυχρὸν, translato à Medicis nomine, est appellatum. Aliter *γοργίου* nominatur, quod Gorgias sophista, multus in his sensibus fertur extitisse. Quamquam, quod Dionysius Longinus, & Hermogenes adeo exagitant, de *ἀνιματισμῷ*, *σπουδῆ*, non ita videtur absurdum. Aristophanes autem Comicus non modò frigus, sed & niues, stylo alicuius inepti poetæ in *Ἰσπερ* commemorat his verbis:

Κατένιψε τὴν ὀφθαλμοχόιν πολλῶν. Suidas, Suid. in *Καμαρίων* αὐτὸν παρίησε τὴν ὀφθαλμοχόιν τῆς τούτου ποίησά τὰ ποιήματα ψυχρότη-  
τῶν.

Ex ijs autem, quæ dicta sunt, apparet styli frigidum esse τὸν πρὸς ἀνεπίστατον, cum, qui in flatibus consistat sensibus nouis, & peregrinis, addo etiam pu-  
tudu. In flatibus rerum, & verborum strepitus frigidus differtur solet, cum aliqua specie magnitudinis: *εὐμνήσια*. Cacozelus in infelici, & arum nota imitatione coalescit: frigidus tortos, & violentos sensus, veluti nouatoris ingenij scæus, iudicij lumine orbatos egerit.

Exempla frigidi ex Plutarcho, & Cassio talia sunt. Natus est Alexander, ea ipsa nocte qua *Ἰσπερ* Diana Ephesæ templum in flama, & orbi terrarum admiranda substructione conflagrauit: Ex eo, cum de Alexandri laudibus diceret Hegesias, qui inter frigidus sophistas commemoratur à Longino. *Minimè mirandum est*, inquit, *Ἰσπερ* si Diana templum tam graui incendio arserit: quippe Dea in ipso Olympiæ partu, quo Alexander editus est, obstetricandi laboribus, & curis distracta, ignem non valuit resistere.

Huius epiphonematis tantum esse frigidus, Plutarchus asseuerat, vt id ipsum, ad Ephesij templi incendium restinguendum, satis validum fuisse videatur.

Ἡγησίας ὁ Μάρτυς ἐπιπεφάνηκεν ἐπιφώνημα κατασεισάτην ποικιλαντικίνην ὑπὸ ψυχρίας. *Ἰσπερ* διωαλέων εἰκότως γὰρ ἐξή καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τὸ Ἀρτέμιδι ἀσχολομένης περὶ τῆν Ἀλεξάνδρου μαιέσιν.

Alterum exemplum profertur è Cassio Longino, quod sumptum est ex Timæo. Quippe hic Alexandrum magnis laudibus efferens, cū Isocrate comparat, & vehementer commēdat, quod paucioribus annis Asiam subegerit, quam vnâ oratione Penegyricam scripserit Isocrates. Hic Criticus denidens exclamati:



Θαυμάσιον γὰρ τὸ Μακεδόνιον ἢ πρὸς τὴν Ἑβραϊκὴν σύγκρισιν! ὁ admirabilem Alexandri cum philosophia comparationem: certe hoc frigido hominis sensu, Hocrates tota Lacedaemoniorum Repub. longè fortior haberetur, quando intra decennium Panegyricum absolvit: At illi, non nisi intra annorum triginta spatium, Messeniam expugnarunt.

Tertium est ex eadem officina, concisis Sicula clade Atheniensium viribus, opera cuiusdam Hermocratis, exclamat, Non sine magna mentu consilio factum esse, ut Athenienses, qui in Mercurij statuas fuerant impij, per Hermocratem filium Hermonis, violata religionis poenas persolverent. Hæc frigida, & inepta Longinus iudicat, quæ tamen excusari facile possent.

Sed in hoc genere nihil est Hebræorum scriptoribus, quos Rabinos vocant, infantius: apud quos frigidorum sensuum exempla & plerumque sunt, & maxime ridicula, quale illud est eius, qui in hæc verba psal. 61. scribens. Iumenta in montibus, & boves vbi textus Hebræus habet,

Behemot Beharre aleph מוֹת כְּהַרְרֵי אֵלֶף Iumenta in montibus mille, hic frigidus commentarius belluam vnam fuisse vastissimam narrat, plurali numero designatam à Propheta: cui ad diurnum pabulum, mille montium herbe à Deo essent assignata.

Alius in illud Exod. 4. Obsecro Domine, non sum eloquens, commentatur Mosen, cum effectuum annorum puer, Pharaoni fuisse oblatum, delectatumque Regem melliti infantis indole, diadema illi inter ludendum impoluisse, quod cum Moyses proiecisset in terram, pedibusque concussisset, id pro infansito quodam omnino acceptum, cumque Regis filia cubivisset infantis infantiæ, de consilio, & industria viri apud Hebræos imprimis sapientis, ad explorandam pusionis simplicitatem, sciens-ne illud an imprudens fecisset: prunæ illi ardentes sunt appolita, quas cum ore contigisset, inde extrema lingua adustionem, perpetuamque balbutiem, atque hasitantiam contraxit.

Hæc vitio obnoxij sunt, qui in sacris literis allegoricos vbi que conlectantur sensus, & omnia in eas, quas sibi sinterunt imagines, efforment. Quæ in re nimij sunt plerumque Origenes, & Philo, qui allegoriarum studio, in frigiditate pisisimè deferri coguntur.

Nam, etsi allegoriarum grata sit, ac vernans amœnitatis, vbi tamen nimis crebræ sunt, &

violentæ, placere doctis auribus nullo modo possunt. Cui enim semper ista interpretationes arideant? Porro Salomon, est conuersatio Christi. Arcturus, lex, & Pleiades novi testamenti gratia. Sudes, acuta sanctorum consilia. Salina, in tima contemplationis sapor. Ibices magistri spirituales. Sapphirus, predicatorum novi testamenti. Perdis, diabolus. Cynifes, Dialectici. quanquam hoc postremum subtiliter ab Origine dictum, Hoc enim animal pennis quidem suspenditur per aera volitans, sed ita subtile est, & minutum, ut oculi visum, nisi acutè eernentis effugiat, corpus tamen cum insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ut quem volitantes videre quis non valeat, sentiat stimulantem.

Hoc ergo animalis genus (inquit) dignissimè puto arti Dialecticæ comparari, quæ minutis, & subtilibus verborum stimulis animos terebrat, & intelligentiæ oculos decipit.

De stylo puerili. CAPVT V.

Vicinum est istis generibus puerile, quod Cassius Longius nominat, usum, in quo, inchoat, & æque vitiosum. Habet enim tumorem, & cacozelum, & frigida permulta sibi annexa; hoc autem proprium obtinet, ut inanem quandam suauitatem, Adonidis hortis steriliorem quam auidissimè venetur. Itaque sensus in eo fermè sunt tenuiculi, cum aliqua illecebra vanissimæ iucunditatis, lusus minuti, digressiones ineptæ, allusiones ad verba, affectata rerum descriptiones, luxuriantes figurae, inopia iudicij, reduntantia sermonis, verba vndique ad ostentationem collecta, & rythmorum, circumscriptio numque puvida elaboratio. Talis est ista Mæcenatis, auctore suo mollior oratio.

Quid mirum amne, syluis que ripa comantibus, Vide ut alueum linteribus arent, versaque vado veniant hortos.

Quid si quis fœmina cirro crispas, & labris columbatur: incipitque suspirans, ut ceruice laxa feratur? Nemo tyranni, irremediabilis factio, rimantur epulas, lagenæque tensant domos, & sape mortem exigunt.

Genium festo vix suortolem tenuis ceres filia, & creparem mola focum mater, aut vixor inuestiunt.

Quæ pueritiæ ludicra: Nam statim hæc cum legeris (inquit Seneca) hoc tibi occurret, hunc esse, qui solutus tunicis in vrbe semper incesserit.

Ha allegoria, licet à Fabricius cum sal: prudentia dicta, non sane ubique imitanda. Orig. homil. 4 in Exod. Cynifes tū dialecticæ comparantur.

Stylus puerilis quantus.

Puerili Senili in verbis exempla. Mæcenatis oratio puerilis. Vide Senec. ep. 114.

Eis tñv Epimv dicitur exortus, id est non sicut.

Rabinorum sensus frigidus.

Allegoriarum in sacra scriptura nimij indagationes saepe incidunt in frigida. Origenes, Philo, nimij in allegorijs.